nolite murmurare sic quidā ex ipsis murmurauerunt · ⁊ a serpentib; perierunt · Non ergo murmuremus · ne nos ueni
nosis morsib; demones sauciant ac depascant · Addidit in tabernaculis suis · ut n̄ hoc laborantib; seditiosis con
tingere uideret̄ · Maior enī inuidia crescit criminis · cū murmurare contingit otiosis · Et eleuauit manū
· i · potentiā suā sup eos · ut prosterneret · i · occideret eos in deserto · Omīs enī maiores natu p̄ter caleph ⁊ iosue
qui egressi sunt de egypto · prostrati sunt in deserto ira dī uindicante · Et ut deiceret semē eorū in nationib; · Et
ad hoc eleuauit manū suā · ut deiceret semē eorū in nationib; · S; q̄d non ē factū in filiis eorū qui prostrati sunt ·
cōpletū ē in subsequenti progenie · que captiua ducta ē in montib; medorū atq; persarū · Et disperderet eos in re
gionib; · Dispersi sunt enī uidet̄ in diuersis mundi partib; · S; ⁊ ille dispergit̄ per diuersa qui circūfert̄ omī uen
to doctrine · ⁊ in dm̄ firmā consistit statione · Et initiati sunt beelphegor · i · consecrauerunt se idolo be
elphegor · ⁊ comederunt sacrificia mortuorū · Qui dō consecrari debuerant · idolo ɔsecrati sunt · Et q̄d panē
uiuū edere debuerant · mortuorū sacrificia deorū comederunt · quasi causa uenerationis · Et irritauerunt
eū in adinuentionib; suis · i · in studiis suis prauis · Irritauerunt dm̄ · i · ad iracundiā prouocauerunt adinueni
entes idola diuersarū gentiū que colerent · ⁊ multiplicata ē in eis ruina · i · interitus quia omīs maiores natu
in deserto penitus perierunt · Ruina ē proprie cū parietes domorū diruunt̄ que tunc multiplicatur · cū
fuerint a fundamentis euersi · Ergo isti cū fundamento · i · cū ipsa legis littera in qua se putabant stare di
ruti sunt · quia stabiliti n̄ fuerant sup petrā · i · supra xp̄m · Et stetit finees · s · in firmitate · ⁊ fortitudine
animi sui · quia cū moyses · ⁊ alii n̄ auderent intercedere pro populo · ipse intercessit n̄ uoce s; opere · Unde ⁊
bonū opus pro oratione accipit̄ dicente aplō · sine intermissione orate · i · bonū opus agite · ⁊ placauit · s · dm̄
contra filios isrl̄ · i · exorauit · ⁊ cessauit quassatio · i · multatio · uel conturbatio siue afflictio filiorū isrl̄ · ⁊
reputatū ē ei ad iustitiā · Reputatū ē finees ad iustitiā · q̄d zelatus ē pro dn̄o tenendo sacerdotiū · in filiis
suis per plurimas generationes · Superius dixit moysen in confractione stetisse · hic aūt finees exorasse dicit
q̄d diligent̄ auscultā sacerdos · cui animę cōmissę sunt · euagina gladiū · intime fornicatorē · hoc ē · profer uer
bū · insta oportune · importune argue · obsecra · increpa · cū omī patientia ⁊ doctrina · ut tibi reputet̄ ad
iustitiā · quia qui reddiderit ꝓtiosū ex uili · sic os meū erit · ait dn̄s dš · Et irritauerunt · i · prouocauerunt
eū · s · dm̄ ad aquā contradictionis · Irritauerunt dm̄ ad aquas contradictionis · ubi moyses n̄ credens posse
cōpleri promissionē dī dixit · Nū de petra hac poterimus uob aquā educere · Aque contradictionis · typi
ce aque baptismi accipiunt̄ · ad quas diabolo ⁊ omib; opib; eius contradicit̄ · post quas si quis se coinqui
nauerit uitiis · uexat̄ sacerdos pro eo q̄d exacerbauerit spm̄ dī · per que ille pdicat · sic paulus dicebat · Quis in
firmat̄ ⁊ ego n̄ uror · De hoc etiā spū testabat̄ dicens · nolite contristari spm̄ scm̄ dī · in quo signati estis in die
redemptionis · Et uexatus ē moyses propter eos · Uexatus ē moyses · i · afflictus · q̄d populū que de egypto duxerat · n̄
ē̄t introductur[us] in terrā sepe pollicitā · Quia exacerbauerunt · i · ad iracundiā prouocauerunt spm̄ eius · i · dī q̄ lo
quebat̄ in moyse · Q̄d moyses uerbis dī n̄ credidit · culpa iudeorū fuit · q̄ ad amaritudine furoris · spm̄ eius ad
duxerunt · Et distinxit · i · separauit · se uixit · ut diuisit in labiis suis · Moyses in labiis cordis sui distinxit · id ē
separauit hoc miraculū a ceteris quia n̄ credidit posse aquā de petra educere · Alibi pro eo q̄d ē · diffiniuit · ponit̄
distinxit · Non disperdiderunt gentes · s · filii isrl̄ · si copulauerunt se illis · Preceperat dn̄s iudeis · ut gentes cha
naneorū disperderent · deos earū respuerent · filiasq; earū in coniugio n̄ acciperent · s; q̄d ipse illis prohibuit · in cu
mulū sue malitie perfecerunt · Et commixti sunt · s · filii isrl̄ inter gentes · s · que idolis seruiebant · ⁊ didicerunt ·
· s · idolis seruire · ⁊ filios suos idolis immolare iuxta ritū chananeorū · ⁊ seruierunt sculptilib; · id ē demonib; ·
⁊ factū ē illis · s · hoc in scandalū · i · in ruinā ⁊ offensionē uel in periculū · Scandalū grecū nomē ē significans
sinistrū q̄ mentes eorū in leuā partē peruersa imitatione deduxit · Sic enī sacerdoti exoranti pro populo ad
iustitiā reputatur · ita his qui in desideriis fanaticis conuertebant̄ in scandalū reputabat̄ · Et immolauerunt
⁊ sacrificauerunt filios suos ⁊ filias suas demoniis · Hoc ad litterā factū ē · Allegorice u̇ sensus et animas suas ·
Et effuderunt sanguinē innocentē · Innocentiū sanguinē filiorū · ⁊ cadauera filiarū immolabant in

· XV ·

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. 219 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/de/csg/0312/219)